Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ist. t. Assumpsit iesus duodecim discipulos secreto et ait illis Ecce ascendimus ierosolimam et consumabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur Et postquam flagellaverint occident: et tertia die resurget OF. Protege dne Sec. Hec oblatio dne ab omnibus nos purget offensis qui in ara crucis immolata etiam tocius mundi tulit offensa P eundem Com. Nos autem gloriari Postcom. Qui per lignum crucis Comm. Refecti cibo potuque celesti quesumus omnipotens deus: ut abiectionem defendas per misericordiam quos redemisti pretiosi sanguinis filii tui dni nri iesu xpi P eundem

Oc necessitatibus meis et P in firmis intercede pro me dne in de humilitate mea et labore meo et dimitte omnia peccata mea Ps. Adte dne levavi animam meam deus meus in te confido non erubescam Gloria pa. Coll.

Omnipotens sempiterne deus salus eterna credentium: exaudi nos pro infirmo tuo famulo pro quo vite tue imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate gratias tibi in ecclesia tua referat actionem Pl. Con. b. Jacobi apostoli

Ruum. Tristatur aliquis vestrum: oret equo animo et psallat Infirmatur quis in vobis: inducat presbiteros ecclie: et orent super eum ungentes eum oleo in nomine dni: et oratio fidei salvabit infirmum et allevabit eum dns: et si in peccatis sit: dimittentur ei Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: et orate pro invicem ut salvemini Gr. Miserere mihi dne quoniam infirmor